

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quoad pœnam? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

170 QVÆST. XVIII. ART. II.  
pœnitentie, neque sacramentum Baptismi, open-  
do, pertingit directe ad gratiam, nec ad cuius-  
missionem, sed dispositiue.

Vnde etiam patet responsio Ad tertium.  
Aliæ rationes ostendunt, quod ad remissionem  
culpæ directe, clavum potestas non operetur: quod  
concedendum est.

A R T I C. II.

*Vtrum sacerdos possit remittere peccatum  
quoad pœnam?*

69

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod sacerdos non possit remittere peccatum quoad pœnam. Peccato enim debetur pœna aeterna & temporalis. Sed adhuc post absolutionem sacerdos non pœnitens obligatus ad pœnam temporalem in Purgatorio, vel in hoc mundo faciendam. Ergo non dimittit aliquo modo pœnam.

¶ 2 Præterea, Sacerdos non potest præjudicari iustitiæ diuinæ. Sed ex diuina iustitia, taxata est pœnitentibus pœna, quam debent subire. Ergo sacerdos non potest de ea aliquid remittere.

¶ 3 Præterea, Ille qui paruum peccatum commisit, non est minus suscepitus effectus clavum, quam ille qui commisit maius peccatum. Sed si aliquis pœna per officium sacerdotis de maiori peccato dimittitur, possibile est esse adeò paruum peccatum non debeatur plus de pœna, quam illud quod de maiori peccato dimissum est. Ergo poterit totam penitentiam parui peccati dimittere: quod falsum est.

¶ 4 Præterea, Tota pœna temporalis peccato com-  
bita est vnius rationis. Si ergo per primam abso-  
lutionem dimittatur aliquid de pœna, & per secundam  
ab eodem peccato absolutionem poterit aliquid de-  
mitti: & sic tantum poterit multiplicari abolutiones  
quod vi clavum tota pœna tolletur, cum secunda  
absolutio non sit minoris efficacia quam prima. Sic  
peccatum remanebit omnino impunitum, quod  
est inconueniens.

SED

SED contra, Clavis est potestas ligandi & solvendi. Sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem. Ergo & potest absoluere à pœna.

¶ Præterea, Sacerdos non potest dimittere peccatum quantum ad culpam, ut in littera dicitur\*: Magister nec quantum ad pœnam æternam, pari ratione. Si ergo non potest remittere quantum ad pœnam temporalem, nullo modo remittere poterit: quod est *q. E.*

RESPONDEBO dicendum, quod idem iudicium, et de effectu, quem potestas clavium actualiter exercita compleat in eo, in quo contrito tempore præcessit: & de effectu baptismi, qui iam habenti gratiam datur. Aliquis enim per fidem & contritionem præcedentem baptismum, gratiam remissionis peccatorum quantum ad culpam, consequutus est. Sed quando actualiter postea baptismum suscipit, gratia augetur\*, & à reatu pœnae totaliter absolvitur, eo quod sit particeps passionis Christi. Et similiiter illi, qui per contritionem consequutus est remissionem peccatorum, quantum ad culpam, & per consequens, quantum ad reatum pœnae æternæ, quæ simul cum culpa dimittitur, ex vi clavium, ex passione Christi efficaciam habentium, augetur gratia, & remittitur temporalis pœna; cuius rearus adhuc remanserat post culpe remissionem: non tamen tota, sicut in baptismio\*, sed pars eius: quia in baptismo homo regeneratus configuratur passioni Christi, totaliter efficaciam passionis Christi (quæ sufficit ad omnem pœnam delendant\*) in se suscipiens, ut nihil de priori peccati & actualis pœna remaneat: quia non debet alicui imputari ad pœnam, nisi quod ipsem fecit †.

In Baptismo autem homo nouam vitam suscipiens, fit per gratiam baptismalem nouus homo: & idèo nullus reatus pœnae in eo remanet pro præcedenti peccato\*. Sed in pœnitentia homo non mutatur in aliâ vitam, quia non est regeneratio, sed sanatio quedam: idèo ex vi clavium, quæ operatur in sacramento pœnitent-

*vt patet  
ex 3.p.q.  
69. ar. 4.  
ad 2.*

*3. q. q. 69  
ar. 3.*  
*3. q. q. 49  
ar. 3.*  
*3. p. q. 69  
ar. 1. cor.*

*3. p. q. 69  
ar. 2.*

*ut patet* nitentia, non tota pœna remittitur \*, sed aliquid ex Aug. pœna temporali , cuius reatus post absolutionem lib. 2. de pœna eterna remanere potuit. Nec solum de penitentia, quam hic penitens habet in confitendo, ut quidam et remissi dicunt; quia sic confessio & sacramentalis absolutione non esset nisi in onus, quod non competit sacramenti. Et contra tis nouæ legis: sed etiam de illa pœna quæ in purgatorio debetur, aliquid remittitur, ut minus in purgatorio puniatur absolutus, ante satisfactionem decideret. Et tract. Ad primum ergo dicendum, quod fæcderos in 124. in remittit totam pœnam temporalem, sed partes Euangel. Et idem adhuc manet obligatus ad pœnam satisfactionis. Joan. 5. 9

Ad secundum dicendum, quod passio Christi sufficienter satisfacit pro peccatis totius mundi: & id fine præjudicio diuinæ iustitiae aliquid de pœna debita remitti potest, secundum quod effectus passionis Christi ad ipsum per sacramenta Ecclesie portingit.

Ad tertium dicendum, quod pro qualibet peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriam remantere per quam medicina contra peccatum præstetur. Ideo quamvis virtute absolutionis dimittatur aliquantitas pœna debitæ pro aliquo magno peccato non oportet, quod tanta quantitas pœna dimittatur respectu cuiuslibet peccati: quia secundum hoc, quod peccatum remaneret omnino sine pœna: virtute clavium de pœnis singulorum peccatorum proportionaliter dimittitur.

Ad quartum dicendum, quod quidam dicunt, quod in prima absolutione tantum dimittitur vi clavium quantum dimitti potest: sed tamen valet iterata confessio, tum propter instructionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter intercessionem sacerdotis vel confessoris, tum propter verecundiam ritum. Sed hoc non videtur verum: quia etiæ haec ratio confessionem iterandi, non tamen efficiat.

aliquid de  
lutionem  
e pena b  
ut quidin  
s absolu  
sacramen  
e in purga  
s in purg  
nem deo  
et.  
cerdos m  
d partem  
i satisfac  
hristi fuf  
li : & id  
pœna  
effodus p  
cclesia p  
ibet pecc  
remanent  
efetur. B  
tatur aliqu  
o peccau  
dimittit  
m hoc, si  
pœna: si  
peccatoru  
cunt, qu  
i clauis  
iterata co  
ropter ma  
ffectionem  
cundiz m  
ti hacte  
efferent  
ite

iterandi absolutionem, præcipue in eo qui non habet aliquam causam dubitationis de præcedenti absolutione: ita enim poterit dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam. Sicut videmus, quod sacramentum extremæ uincionis non iteratur super eum in morbum, eo quod totum quod per sacramentum fieri potuit, semel factum est. Et præterea in secunda confessione non requireretur, quod haberet claves ille, cui sit confessio, si nihil ibi vis clavium operetur. Et ideo dicunt alii, etiam in secunda absolutione aliquid vi clavium dimitti de poena: quia in secunda absolutione, gratia confertur augmentum; & quanto maior gratia recipitur, minus de impunitate præcedentis peccati manet. Et ideo minor poena purgas debetur. Vnde etiam in prima absolutione alicui plus & minus dimittitur de poena, secundum quod se plus ad gratiam disponit: & potest esse tanta dispositio, quod etiam ex vi contritionis tota poena tollatur, ut prædictum est\*. Vnde etiam non est inconveniens si per frequentem confessionem etiam tota poena tollatur, ut peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo poena Christi satisfecit.

## ARTIC. III.

*Vtrum sacerdos per potestatem clavium possit ligare?*

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod sacerdos per potestatem clavium ligare non possit. Virtutes enim sacramentales ordinantur contra peccatum ut medicina. Sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi, ut videtur. Ergo sacerdos per vim clavium, quæ est vis sacramentalis, non potest ligare.

\* 2 Præterea, sicut absoluere vel aperire est amovere obstaculum, ita ligare est obstaculum ponere. Sed obstaculum regni peccatum est, quod nobis ex alio imponi non potest; quia non nisi voluntate peccatur. Ergo sacerdos ligare non potest.

\* 3 Præterea, Claves ex passione Christi efficaciam

*infra q.  
33. ar. 2.*

*q. 5. ar. 2.*

*70  
vide di  
ctam ex  
trauag.  
quia quo  
rumdam  
de verb.  
signif.*